



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Het Paradys Der Gheestelijcke En Kerckelycke
Lof-Sangen, Op de principaelste Feest-daghen des
gheheelen Jaers**

Afhakker, Aegidius

T'Shertogenbosch, 1627

Psalmvs 116.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55083](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55083)

Dooz den vooz-gaenden Psalm
 In exitu, &c. gebzuychtmen dickwils
 (op Feest-daghen der Heplighen) een
 van dese drie nabolgende Psalmen.

PSALMVS II5.

Credidi, propter quod locutus sum: ego au-
 tem humiliatus sum nimis.

Ego dixi in excessu meo: Omnis homo men-
 dax.

Quid retribuam Domino: pro omnibus quæ
 retribuit mihi?

Calicem salutaris accipiam: & nomen Domi-
 ni invocabo.

Vota mea Domino reddam coram omni po-
 pulo ejus: pretiosa in conspectu Domini mors
 sanctorum ejus.

O Domine, quia ego servus tuus: ego servus
 tuus, & filius ancillæ tuæ.

Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo ho-
 stiam laudis: & nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam in conspectu om-
 nis populi ejus: in atrijs domus Domini, in me-
 dio tui Ierusalem.

Gloria Patri, & Filio.

PSALMVS II6.

Laudate Dominum omnes gentes: laudate
 eum omnes populi.

Quoniam confirmata est super nos misericordia eius: veritas Domini manet in eternum.

Gloria Patri, & Filio.

PSALMVS 131.

Memento Domine David: & omnis mansuetudinis eius.

Sicut iuravit Domino: votum vovit Deo Iacob.
Si introiero in tabernaculum domus meæ: si ascendero in lectum strati mei.

Si dedero somnum oculis meis: & palpebris meis dormitationem.

Et requiem temporibus meis, donec inveniam locum Domino: tabernaculum Deo Iacob.

Ecce audivimus eam in Ephrata: invenimus eam in campis silvæ.

Introibimus in tabernaculum eius: adorabimus in loco ubi steterunt pedes eius.

Surge Domine in requiem tuam: tu & arca sanctificationis tuæ.

Sacerdotes tui induantur iustitiam: & sancti tui exultent.

Propter David servum tuum: non avertas faciem Christi tui.

Iuravit Dominus David veritatem, & non frustrabitur eum: De fructu ventris tui ponam super sedem tuam.

Si custodierint filij tui testamentum meum: & testimonia mea hæc, quæ docebo eos.

Et filij eorum usque in seculum: sedebunt super sedem tuam.